Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale - Cod. Aug. perg. 180

[S.l.], [14. Jahrh.]

Missae votivae et diversae

urn:nbn:de:bsz:31-61179

Visual Library

fundata enim erat supra petram. Off. Sancti-
ficavit moyses altare domino offerens super illud holocausta
et immolans victimas et fecit sacrificium vespertinum in odorem
suavitatis domino deo in conspectu filiorum israhel. Secr.
Descendat quesumus domine deus noster spiritus sanctus super hoc altare
qui et populi tui dona sanctificet et sumentium corda
purificet. Per eundem. Con. Acceptabis sacrificium iustitie
oblationes et holocausta super altare tuum domine. Compl.
Omnipotens sempiterne deus altari hoc nomini tuo dedicatum cele-
stis virtutis benedictione sanctifica et omnibus in te sperantibus
auxilii tui munus ostende ut hic et sacramentorum
virtus et votorum obtineatur effectus. Per. De sancta trinitate.
Benedicta sit sancta trinitas atque indivisa unitas confite-
bimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. V. Bene-
dicamus patrem et filium cum sancto spiritu laudemus et superexaltemus.
Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis Oro. tuis in confessione
tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agno-
scere et in potentia maiestatis adorare unitatem quesumus
ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur.
Fratres. O altitudo. Ad Romanos. Lectio. O altitudo
divitiarum sapientie et scientie dei quam incomprehensibi-
lia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Quis enim
enim cognovit sensum domini aut quis eius consiliarius
fuit aut quis prior dedit illi et retribuetur ei.

Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ipsi gloria
in secula seculorum Amen. Gr. Benedictus es domine qui intueris
abyssos et sedes super cherubim. V. Benedictus es in throno
regni tui et laudabilis in secula. Alleluia V. Benedictus es
domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula. Seque.
Benedicta semper sancta sit trinitas deitas scilicet unitas
coequalis gloria. Pater filius sanctus spiritus tria sunt nomina omnia eadem
substancia. Deus genitor deus genitus in utroque sacer spiritus
deitate socius. Non tres tamen dii sunt deus verus unus est
sic pater dominus filius spiritusque dominus. Proprietas in personis uni-
tas est et essencia. Maiestas par et potestas decus ho-
nor eque per omnia. Sydera maria continens arva simul
et universa condita. Que tremunt impia tartara colit
quoque que et abyssus infima. Nunc omnis vox atque lingua
fateatur hunc laude debita. Quem laudat sol atque luna
dignitas adorat angelica. Et nos voce percelsa omnes
modulemur organica cantica dulci melodia. Eia et
eia nunc simul iubilemus alti throno domino laudes in
excelsis. O veneranda trinitas. O adoranda unitas.
Per te sumus creati vera eternitas. Per te sumus
redempti summa tu caritas. Populum cunctum tu protege
salva libera eripe et emunda. Te adoramus omnipotens tibi
canimus tibi laus et gloria. Ewang. Cum venerit pa-
raclitus. Quere dominica infra octavas ascensionis domini.

Off. Benedictus sit deus pater unigenitusque dei filius sanctus quoque spiritus quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta

Sanctifica quesumus domine deus per tui nominis invocationem huius oblationis hostiam et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Per. Prefacio. Qui cum unigenito

Benedicite deum celi et coram omnibus viventibus confitemini ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Compl. Proficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus huius sacramenti susceptio et sempiterne sancte trinitatis confessio. Per

Dum sanctificatus fuero in vobis. fer. iiij. de sancto spiritu. — Feria 2a de sancto spiritu

congregabo vos de universis terris et effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris et dabo vobis spiritum novum. Ps. Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo. Oratio. Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri ut te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per eundem. Ad Chorinthios.

Fratres Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientie secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alii gratia sanitatum in uno spiritu. Alii operatio virtutum. Alii prophetia. Alii discretio spirituum. Alii genera linguarum. Alii interpretatio sermonum

hec aut oia opat unus atq idē sps. diuidens singulis put uult. Gr. Beata gens cui' ē dns ds eor. ppls quē elegit dns ī hereditatē sibi. V. Verbo dni celi firmati sr. et spū oris ei' ois uirus eor. All'a V.
Ueni sce sps reple tuor corda fideliū et tui amoris igne accende. Scdm Johannem.
In illo t. dixit ih's. Si diligitis me. mandata mea seruate. Et ego rogabo prēm meū. et aliū paracliti dabit uob' spm ueritatis. quē mūd' nō potest accipe. q2 nō uidit eū neq sciit eū. Vos aut cognoscetis eū. q2 apud uos mane bit. et ī uob' erit. Off'. Emitte spm tuū et crea bunt' et renouabis faciē tre sit glia dni ī scla all'a. Secre.
Hec oblacio dne ds. cordis nri maculas e mundet. ut sci sps digna efficiat' habitacio p ei'.
Sps q a pre pcedit all'a ille me clarificabit all'a all'a. Co.
Sacrificiū salutis nre sumētes. concede Copl'. nos dne ds nr. purificatis mentib' sepi' tue pie tatis celebrare mysteriū p. fe. iiij. d angelis.
Adorate dm oēs angli ei' audiuit et letata est syon et exultauert filie iude. Ps. Dns regnauit exultet tra letentur ī sule multe. Orō. Perpetuū nob' dne tue miseracionis presidiū. quo et angelica pstitisti suffragia nō deesse p. l. apo. Joh. apli.

In diebus illis Dixit michi angelus. Scribe beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et cecidi in faciem meam ut adorarem eum. Et dixit michi vide ne feceris: conservus tuus sum et fratrum tuorum habentes testimonium ihesu: deum adora. Gr. Benedicite domino omnes angeli eius potentes virtute qui facitis illud eius. V. Benedic anima mea dominum et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alleluia. V. Laudate dominum omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius. Secundum Johannem.

In illo tempore Ascendit ihesus ierosolimam. Est autem ierosolimis probatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida: quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium cecorum claudorum aridorum expectantium aque motum. Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam et movebatur aqua: et qui prior descendebat in piscinam post motionem aque sanus fiebat a quacumque tenebatur infirmitate. Off. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluia. Sec. Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes ut easdem angelico pro nobis interveniente suffragio et placatus accipias et ad salutem nostram provenire concedas. P.

Co. Benedicite om̄s angeli eius dn̄m dn̄o ymnū dicite et super
exaltate eū ī s[e]cl[a]. Capl'. Repleti dn̄e b[e]n[e]dictione
celesti · suppliciť implorām[us] · ut q[uo]d fragili celebra
m[us] officio · s[an]c[t]o[rum] archangelo[rum] nobis p[ro]desse senci
am[us] auxilio p[er] Feria · v · d[e] s[an]c[t]o marco eo aūt sic oro
Deus q[ui] b[ea]tm̄ marcū ewangelistā ewan
gelice p[re]dicacionis gr[ati]a sublimasti · tribue
q[uesumu]s ei[us] nos semp[er] et erudicione p[ro]ficē et oracōe
defendi p[er]. lectio Qui timet dn̄m faciet bona. Gr.
Iustus ut palma. Ewā. Ego sū uitis uos pal.
Offe' Gloria et honore. Sec. Beati marci
ewangeliste tui sollempnitate t[ibi] munia deferē
tes q[uesumu]s dn̄e · ut sic illū p[re]dicacio fecit glorio
sū · ita nos ei[us] intercessio · et u[er]bo et op[er]e reddat
acceptos p[er]. Con. Magna est gloria ei[us]. Comp.
Pasti cibo spiritalis alimonie · q[uesumu]s dn̄e d[eu]s
n[oste]r · ut q[uo]d misterio frequētam[us] · intercedēte
b[ea]to marco ewangelista atq[ue] pontifice · plena
ueritate cōsequam[ur] p[er]. Feria · vi · d[e] s[an]c[t]a cruce.
Nos aūt gloriari oportet in cruce dn̄i n[ost]ri ih[es]u
xp[ist]i in quo ē salus uita et resurrectio nostra
p[er] quē saluati et lib[er]ati sum[us]. Ps'. Deus misereat[ur] n[ost]ri et
b[e]n[e]dicat nob[is] illuminet uultū suū sup[er] nos et mise
reat[ur] n[ost]ri. Oro. Deus q[ui] unigeniti tui p[re]cio

so sanguine vivifice crucis vexillum sanctificare volu-
isti concede quesumus ut qui eiusdem sancte crucis gaudent honore·
tua quoque faciant ubique protectione gaudere· Per e[undem]
Fratres Christus factus est pro nobis obediens Philippen-
usque ad mortem· mortem autem crucis· propter quod ses
et deus exaltavit illum· et donavit illi nomen quod
est super omne nomen· ut in nomine eius omne genu flectatur
celestium terrestrium et infernorum Et omnis lingua confiteatur
quia dominus ihesus christus est in gloria dei patris Gr[aduale] Christus
factus est pro nobis obediens usque ad mortem· mortem autem crucis
V[ersus] propter quod deus exaltavit illum et dedit illi nomen quod
est super omne nomen Alleluia V[ersus] Dulce lignum dulces clavos
dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem
In illo tempore Assumpsit ihesus Matheum celorum et dominum
duodecim discipulos secreto· et ait illis Ecce ascendi-
mus iherosolimam· et filius hominis tradetur principibus sa-
cerdotum et scribis· et condempnabunt eum morte· et
tradent eum gentibus ad deludendum et flagellandum et cru-
cifigendum· et tercia die resurget Off[ertorium] Protege domine
plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorum omnium
ut tibi gratam exhibeamus servitutem et acceptabile tibi fiat sacri-
ficium nostrum Secr[eta] Hec oblatio nos domine ab omnibus
purget offensis· que in ara crucis etiam totius mundi
tulit offensa· Ihesus christus filius tuus Qui tecum Com[munio]
Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu christi Compl[enda]

Adesto nobis dne ds nr: ut quos sce crucis
letari fecisti honore. eius quoque perpetuis
defende subsidiis p. De sca maria p adventu
Rorate celi desup Re i annunciacione bte marie vg
Deus qui de bte marie virginis utero verbum Oro
tuum angelo nunciante carnem suscipere volui
sti. presta supplicibus tuis. ut qui vere eam dei genitri
cem credimus. eius apud te intercessionibus adiuvemur p
Epla locutus e dns ad achas dicens Re i annunciacione bte m v Gr Assumo celo egressio eius et occur
sus eius usque ad summum eius V Celi enarrant gloriam dei et opa
manuum eius annunciat firmamentum Alla V prophete sci p
dicaverunt nasci salvatorem de virgine maria Ewg Missus
e gabriel Re de annunciacione bte m virg. Offer
Ave maria gra Re i eode loco. Secr Altari tuo
dne qs supposita munera sps scs assumat. qui bte
marie viscera splendoribus sue virtutis replevit. p
Com Ecce virgo concipiet Re de annunciacione. Compl
Omnips semp ds qui coeternum tibi filium p salute mun
di sedm carnem spu sco concipiendum angelico ministe
rio bte marie sp virgini declarasti. adesto pp
plo tuo. ut ad eius nativitatem pace concessa liberi
oribus animis occurramus p. De a nativitate xpi
usque ad purificacionem totum offm Re i octava dni
ad porem missa

A purificacione usque ad pascha. et ab octava
pentecoste usque ad adventum. Introitus

Salve sancta parens enixa puerpera regem qui celum terramque
regit in secula seculorum. Ps. Senciant omnes tuum levamen
quicumque celebrant tuam commemoracionem. Oratio. Concede
nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis
et corporis sanitate gaudere et gloriosa beate marie
semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eter-
na perfrui leticia. Per. Leccio libri Sapientie.

Ab inicio et ante secula creata sum. et usque ad
futurum seculum non desinam et in habitacione sancta
coram ipso ministravi. Et sic in syon firmata sum et in civi-
tate sanctificata similiter requievi et in ierusalem potestas mea.
Et radicavi in populo honorificato et in partes dei
mei hereditas illius et in plenitudine sanctorum detencio
mea. Gr. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine
tactu pudoris inventa es mater salvatoris. V. Virgo dei ge-
nitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera
factus homo. Alleluia. V. Sancta dei genitrix virgo semper maria in-
tercede pro nobis ad dominum ihesum christum. Tractus. Audi maria re-
gina celi dignissima nos tue clemencie petentes suf-
fragia. V. Audi et consolare nos ad tue pie consolacionis
confugientes auxilia. V. Flexa cervice solo corpore tua exo-
ramus magnitudine. V. Ut filii tui vultum desiderabilem

nobis post hanc vitam reddas placabilem. Secundum Lucam

In illo tempore: loquente ihesu ad turbas. Extollens vocem quedam mulier de turba: dixit ad ihesum. Beatus venter qui te portavit et ubera que suxisti. At ille dixit. Quinymmo: beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Off. Recordare virgo mater dum steteris in conspectu dei ut loquaris pro nobis bona et ut avertas indignationem suam a nobis. Secreta Tua domine propiciacione et beate marie semper virginis intercessione ad perpetuam atque presentem hec oblacio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per Com.

Beata viscera marie virginis que portaverunt eterni patris filium. Compl. Sumptis domine salutis nostre subsidiis da quesumus: beate marie semper virginis patrociniis nos ubique protegi: in cuius veneracione hec tue obtulimus maiestati. Per

Tempore paschali de beata virgine introitus Salve sancta parens et in fine additur alleluia Oro Concede nos famulos. Epistola Ab inicio et ante. Primum alleluia de resurrectione scilicet Alleluia. V. Surrexit pastor bonus qui posuit animam suam pro ovibus suis et pro suo grege mori dignatus est. Secundum de beata virgine Alleluia. V. Virga yesse floruit virgo deum et hominem genuit pacem deus reddidit in se reconcilians yma summis. Johannem

In illo tempore. Stabat iuxta crucem ihesu mater eius et soror matris eius maria cleophe et maria magdalene. Cum ergo vidisset ihesus matrem et discipulum

pulū quē diligebat. dicit mri sue Mulier ecce
filius tuus Deinde dicit discipulo Ecce mat͛ tua.
et ex illa hora accepit eā discipulus ī sua Off'
Felix nāq; es sacra v̓go maria et oī laude dignissima
qr ex te ort9 ē sol iusticie xp̄s d's nr̄ alla. Secr' Tua
dn̄e ppiciacōe ut superi9 hetur/ Cō Beata
viscera Cōp/ Sumptis dn̄e Sequētia tpe pasch
Virgīs marie laudes cōcinant xp̄iani O vita dn̄a
tua p p̄ciamina reconciliāt peccatores F iat pte
liberi a fermēto ueteri victime paschal' pceptores
Da nob' maria ptua suffragia A spectu xp̄i uiuē
tis et glā triu resurgētis T u pte nos pia xp̄o recō
cilia Que sola v̓go intacta es genitrix v̓bi dei facta.
Credēdū ē ex te deū et hoīez natū resurrexisse glo
rificatū H uic credēdo surrexisse ex mortuis uere cō
serua mat͛ nos et tuere: Cōmemoracōe btē
Verbū bonū et suaue psonemus marie v̓gis
illud aue p q̄d xp̄i fit cōclaue v̓go mat͛ filia
Per q̄d aue salutata mox concepit fecūdata v̓go dauid
stirpe nata it͛ spinas lilia A ue ueri salomonis
mater vellus gedeonis. cui9 magi trib9 donis lau
dāt puerperiū A ue plē genuisti aue sole ptulisti
mūdo lapso cōtulisti vitā et ipeniū Aue sponsa v̓bi
sūmi maris port9 signū dum aromatū uirga

sinum angelorum dona supplicamus nos emenda
emendatos nos commenda tuo nato ad habenda sem
piterna gaudia. Officium pro omnibus fidelibus defunctis.

Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat
eis. Ps. Te decet ymnus deus in syon et tibi reddetur votum
in ierusalem exaudi deus orationem meam ad te omnis caro veniet.
Gr. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua lu
ceat eis. V. In memoria eterna erit iusti ab auditione
mala non timebit. Tr. De profundis clamavi ad te
domine. domine exaudi vocem meam. V. Fiant aures tue in
tendentes in orationem servi tui. V. Si iniquitates observa
veris domine domine quis sustinebit. V. Quia apud te propiciacio
est et propter legem tuam sustinui te domine. Offer. Domine
ihesu christe rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de ma
nu inferni et de profundo lacu libera eos de ore leonis
ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura sed
signifer sanctus michahel representet eas in lucem sanctam.
Quam olim abrahe promisisti et semini eius. V. Hostias
et preces tibi domine offerimus tu pie suscipe pro animabus illis
quarum hodie memoriam agimus fac eas domine de morte
transire ad vitam eternam. Quam o. V. Redemptor animarum
omnium christianorum mitte archangelum sanctum michahelem ut
ille dignetur eas redimere de regionibus tenebrarum et per
ducat eas in synum abrahe in lucem sempiternam. Quam

Con. Absolue dne aias eor ab omi vinculo delic-
tor Vt i resurrectois glia it scos tuos resuscitati
respiret V. Requie etna dona eis dne et lux ppetua
luceat eis Vt ire. Co. Dona eis dne requie sem-
piterna Et imple splendore scor aias eor et ossa
eor requiescat i loco suo V. Requiem etna dona eis dne
et lux ppetua luceat eis Et imple Tpe pascali.
Si enim credimus qd ihs mortuus e et resurrexit V.
ita et ds eos q dormiert p ihm adducet cu eo V.
Et sic i adam oes moriut ita et i xpo oms viui-
ficabut. Tr. Sicut ceruus desiderat ad fontes
aquar ita desiderat aia mea adte ds V. Sitiuit
aia mea ad dm viuu qn ueniam et apparebo an facie
dei mei V. Fuert michi lacrime mee panes die ac
nocte du dicit mi p singlos dies ubi e ds tuus In
Qs dne. ut aie famuli tui N. die deposicois
Qui deposicois die. i. vii. ul. xxx. Oracio.
Jnmemoram9 scor añz elector tuor largiri digne-
ris osorciu t ione mie tue phennis itude p Se.
Munera qs dne q t p aia famuli tui N. offe-
rim9 placat9 itende. ut remedijs purgata
celestib9 itia pietate requiescat p. Cop. Suscipe
dne pces nras p aia famuli tui N. ut si q ei
macule de terrenis cotagijs adheserit remis-

Dne convertere et eripe aiam meam salvu me fac pp mia tua [illegible]
[illegible] quas [illegible] fac [illegible] gaude [illegible]

sionis tue nr̄a deleant. P. P sacerdote ob̄o.
Da nob dn̄e ut aīaz famuli tui sacerdotis
N quā de hoc sclo eduxisti
laborioso certamine scōz tuorum cetu tribuas
esse ɔsortē. P. Sec. Annue nob dn̄e ut aīe
famuli tui N. sacerdotis N hec psit
oblacio qua imolando totius mundi tribui
sti relaxari delicta. P. Cōp His sacrificijs
qs oīps deus purgata aīa et spc famuli tui
sacerdotis N ad indulgenā et re fri
gerii sempiterni puenire mereat. P. P uno defuncto.
Inclina dn̄e aurē tuā ad pces nrās qb' mīaz
tuā supplices dep̄camur. ut aīaz famli tui quā
de hoc sclo migrare iussisti ī pacis ac lucis re
gione ɔstituas et scōz tuorum iubeas ēē ɔsortē P
Annue nob dn̄e ut aīe famuli tui Secrē
hec psit oblacio qua ymmolādo totius mū
di tribuisti relaxari delicta. P. Cōp Absol
ue qs dn̄e aīam famuli tui ab oīni vinculo
delictorum ut ī resurrectiōis glia ī't scōs et
electos tuos resuscitat' respiret P. P una defuncta.
Qs dn̄e ptua pietate miserere aīe famu
le tue. N. et a contagijs mortalitatis exu
tam ī eterne saluacōis pte restitue P. Secreta.

His sacrificiis q̄s dn̄e ut aīa famule tue
.N. a pc̄cis omnib9 exuat᷑ sine q̄b9 a culpa nemo
extitit ut p hec placacōis officia ppetua mi
sericordiam cōsequat᷑ p. Co. Inueniat q̄s
dn̄e aīa famule tue .N. lucis eterne cōsorciū cui9
ppetue grē cōsecuta ē sacramentū p. Pro patre et ma-
Deus q̄ nos patrem et matrē honorare tre.
pcepisti miserere demēt' aīab9 pr̄is et mr̄is
mee. eorūq pc̄ta dimitte meq eos ī eterne clari
tatis gaudiis fac uidere p. Se. Suscipe dn̄e
sacrificiū qd' t' p aīab9 pr̄is et matris mee offero.
eisq gaudiū sempiternū ī regione viuorū meq
cū illis felicitati scōr cōiunge p. Co. Celestis
pticipacio sacramenti. aīabus pr̄is et mr̄is
mee. requiem et lucē optineat ppetuā meq cū
illis grā tua coronet eterna p. In anniuersario.
Deus idulgēciar dn̄e da aīa famuli tui
.N. cui9 anniu'sariū deposicōis diem
celebram9 refrigerii sedem qetis btitudinē
luminis claritatē p. Sec. Propiciare dn̄e
supplicacōib9 nr̄is p aīa famuli tui .N. cui9
hodie annua dies agit᷑ p qua t' offerimus
sacrificiū laudis. ut scōr tuor cōsorcio soci
are digneris p. Co. Pr̄a q̄s dn̄e ut aīa fa

muli tui. N. cui[us] anniuersariu[m] depositionis die[m]
commemoram[us] his purgata sacrificiis indul
gentia[m] p[er]petue req[ui]e[m] capiat sempiterna[m]. P[er] **P[ro] fratrib[us] et sororibus.**
Deus venie largitor et humane
salutis amator q[uae]s[umus] imensa[m] clementia[m] tua[m].
ut n[ost]re co[n]gregationis fr[atr]es et sorores p[ro]pinquos
et b[e]n[e]factores n[ost]ros q[ui] ex hoc s[e]c[u]lo transieru[n]t
b[ea]ta maria semp[er] v[ir]gi[n]e i[n]tercedente cu[m] o[mn]ib[us] s[an]c[t]is
tuis ad p[er]petue beatitudinis co[n]sortiu[m] p[er]uenire
co[n]cedas. P[er] **Sec[reta]** **D**[eu]s cui[us] mi[sericordi]e no[n] e[st] numerus
suscipe p[ro]picius p[re]ces humilitatis n[ost]re. et a[n]i[m]ab[us] fr[atru]m
soror[um] p[ro]pinquor[um] et b[e]n[e]f[acto]r[um] n[ost]ror[um] q[ui]b[us] tui no[min]is dedi
sti co[n]fessione[m]. p[er] hec sacrame[n]ta salutis n[ost]re cu[n]ctor[um]
remissione[m] tribue p[e]cc[at]or[um]. P[er] **Co[m]p[lenda]** **P**[rest]a q[uae]s[umus] omnip[oten]s
d[eu]s. ut a[n]i[m]e fr[atru]m soror[um] p[ro]pinquor[um] et b[e]n[e]f[acto]r[um] n[ost]ror[um]
p[ro] q[ui]b[us] hoc sacrificiu[m] laudis tue obtulim[us] ma
iestati. p[er] huius v[ir]tute[m] sacrame[n]ti a peccatis omnibus
expiate. lucis p[er]petue te miserante recipiant
beatitudine[m]. P[er] **Pro i[n] cimiterio quiescentibus.**
Deus i[n] cui[us] miseratione a[n]i[m]e fideliu[m] requie[s]
scu[n]t famulis et famulab[us] tuis omnib[us] hic
et ubiq[ue] i[n] xp[ist]o q[ui]escentib[us] da p[ro]picius venia[m] p[e]cc[at]or[um].
ut a cu[n]ctis reatib[us] absoluti tecu[m] sine fine letent[ur]. P[er]
Sec[reta] **P**ro a[n]i[m]ab[us] famulor[um] famularu[m]q[ue] tuar[um]. et

omnium catholicorum hic et ubique in christo dormientibus
hostiam domine suscipe benignus oblatam. ut hoc sacri
ficio singulari vinculis horrende mortis ex
uti vitam mereantur eternam. per. Co. Deus fidelium
lumen animarum adesto supplicationibus nostris et da
famulis et famulabus tuis quorum corpora hic et
ubique in christo requiescunt refrigerii sedem quietis bea
titudinem lucis claritatem. per. Pro elemosinariis et reco-
Deus cuius misericordie non est numerus suscipe mendatis.
propicius preces humilitatis nostre et animabus que nobis
oratione commendate sunt: et quarum utimur elemosinis
quibus tui nominis dedisti confessionem auctorum remissionem
tribue peccatorum. per. Secr. Prosit quesumus domine hec sancta
presentis sacrificii oblatio animabus que nobis oratione com
mendate sunt. per nomen sanctum tuum a perpetui ignis
cruciatibus erepte transitum in requiem habere mereantur
eternam. per. Co. Proficiat quesumus domine ad indulgen
ciam animabus que nobis oratione commendate sunt et quarum
utimur elemosinis divini celebracio sacramenti.
ut per hec sancta a contagiis terrene conversacionis emun
date ad celestem mereantur pervenire habitacionem. per.
Fidelium deus omnium Generalis oracio –
conditor et redemptor animabus famulorum fa
mularumque tuarum remissionem cunctorum tribue

pectore: ut indulgentiam quam semper optaverunt piis
supplicationibus consequantur. Qui vivis Se.
Hostias quaesumus domine quas tibi pro animabus famulorum
famularumque tuarum offerimus propiciatus intende. ut
quibus fidei christiane meritum contulisti dones
et premium. Per. Co. Animabus quaesumus domine famulorum
famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium.
ut eas et a peccatis omnibus exuas. et tue redemp-
tionis facias esse participes. Qui vi. lectio li. apo. Joh.
In diebus illis Audivi vocem de celo apostoli.
dicentem michi. Scribe. beati mortui qui in domino mori-
untur. Amodo iam dicit spiritus: ut requiescant
a laboribus suis. opera enim illorum sequuntur illos. lectio libri
In diebus illis Vir fortissimus iudas machabeorum.
collatione facta: duodecim milia dragmas argenti
misit ierosolimam offerre ea ibi pro peccatis mor-
tuorum: iuste et religiose de resurrectione co-
gitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos
speraret: superfluum videretur et vanum orare pro
mortuis. Sed quia considerabat quod hii qui cum
pietate dormitionem acceperant optimam
haberent repositam gratiam: sancta ergo et salubris
est cogitatio pro defunctis exorare. ut a peccatis
solverentur. Ad Chorinthios

Alleluia Xpistus resurrexit a mortuis primicie
dormiencium Quoniam per hominem mors et per
hominem resurrectio mortuorum Et sicut in adam omnes
moriuntur ita et in xpisto omnes vivificabuntur. Unus
quisque autem in suo ordine. Per ipsum xpistum dominum nostrum
In illo tempore Dixit ihesus turbis iudeorum Secundum Johannem
Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat sic
et filius quos vult vivificat. Non enim pater iudicat
quemquam sed iudicium omne dedit filio ut omnes
honorificent filium sicut honorificant patrem Qui non
honorificat filium non honorificat patrem qui
misit illum Amen amen dico vobis quia qui verbum
meum audit et credit ei qui misit me habet
vitam eternam Et in iudicium non venit sed tran
sit a morte in vitam Secundum Johannem
In illo tempore Dixit ihesus turbis iudeorum Amen amen
dico vobis nisi manducaveritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam
in vobis Qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet vitam eternam Et ego resusci
tabo eum in novissimo die Secundum Johannem
In illo tempore dixit martha ad ihesum Domine si fuis
ses hic frater meus non fuisset mortuus Sed
nunc scio quia quecumque poposceris a deo dabit

tibi deus Dicit illi ihesus Resurget frater tuus.
Dicit ei martha Scio quia resurget in resur-
rectione in novissimo die Dicit ei ihesus Ego
sum resurrectio et vita Qui credit in me etiam
si mortuus fuerit vivet Et omnis qui vivit et
credit in me non morietur in eternum Credis hoc
Ait illi Utique domine Ego credidi quia tu es christus
filius dei qui in hunc mundum venisti Pro
Si iniquitates observaveris domine domine quis peccatis
sustinebit quia apud te propiciacio est deus israel Ps De profun-
dis clamavi ad te domine domine exaudi vocem meam Oracio
Exaudi quesumus domine supplicum preces et confitencium
tibi parce peccatis ut pariter nobis indulgenciam tribuas
benignus et pacem Lectio Ieremie prophete
In diebus illis locutus est ieremias propheta dicens
Si iniquitates nostre contenderint adversus nos domine
salva nos quesumus fac propter nomen tuum quia
multe sunt aversiones nostre Tibi enim peccavimus
expectacio israel salvator noster in tempore tribu-
lacionis Tu autem in nobis es domine et nomen
tuum invocatum est super nos ne derelinquas
nos domine deus noster Gr Propicius esto peccatis nostris
domine ne quando dicant gentes ubi est deus eorum V Adiuva
nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui domine

lib'a nos Alla V Deprofundis clamaui adte dne dne exaudi uocem meam Sz marcum

Jn illo t dixit ihs d s. Habete fidem dei Amen dico uob' qz quicuqz dixerit monti huic tollere et mitte in mare. et no hesitauit i corde suo. sz crediderit. qz quodcuqz dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico uob' Oia quecuqz orantes petitis. credite qz accipietis et ueniet uob' Et cu stabitis adoradu dimittite si qd hetis ad usus aliquem. ut et pr ur q i celis e. dimittet uob' pcta ura Quod uos no dimiseritis. nec pr ur q i cel' e. dimittet uob' pcta ura Off

Sicut i holocausto arietu et thauroz et sic in milib' agnoz pinguiu sic fiat sacrificiu nrm i cospectu tuo hodie ut placeat t' qz no e cofusio cofidentib' i te dne Sec Hostias tibi dne placacionis et laudis offerim'. ut et delicta nra miseratus absoluas. et nutancia corda tu dirigas p Con Acceptabis sacrificiu iusticie oblacoes et holocausta sup altare tuu dne Cop Pia nob' dne qs eterne saluator. ut percipientes hoc munere ueniam pctoz deinceps pcta uitemus p Feria secunda d' sapiencia. Oro.

Deus qui p coeternam t' sapiaz homine

ari non esset condidisti. perditumque misericorditer re-
formasti. presta quesumus ut eadem pectora nostra inspi-
rante te tota mente amemus et ad te toto corde
curramus. per. Se. Sanctificetur quesumus domine huius ob-
lationis munus tua cooperante sapientia. ut tibi placere
possit ad laudem et nobis proficere ad salutem. per. Comp.
Infunde quesumus domine per hec sancta que sumpsimus. tue
cordibus nostris lumen sapientie. ut te veraciter agno-
scamus et fideliter diligamus. per. Missa communis.
Omnipotens sempiterne deus qui vivorum dominaris simul
et mortuorum. omniumque misereris quos tuos
fide et opere futuros esse prenoscis. te suppliciter
exoramus. ut pro quibus effundere preces decrevimus.
quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet.
vel futurum iam exutos corpore suscepit. pietatis
tue clementia. delictorum suorum omnium veniam et
gaudia consequi mereantur eterna. per. Secreta.
Deus cui soli cognitus est numerus electorum in
superna felicitate locandus. tribue quesumus. ut per hec
sancta que agimus universorum quos in oratione commenda-
tos suscepimus. et omnium fidelium nomina beate
predestinationis liber ascripta retineat. per.
Purificent nos quesumus omnipotens et misericors Comp.
deus sacramenta que sumpsimus. et presta

ut hoc tuu mysteriu sacramentu nō sit nobis
reatus ad penā. s; intercessio salutaris ad ueniā.
sit ablucio scelerū. sit fortitudo fragiliū. sit
contra mūdi pericula firmamentū. sit uiuor atq;
mortuor. fideliū remissio omīu pctor. p. Orō
Pietate tua qs dne nror solue generalis.
uincula pctor. et intercedente btā maria sp
uirgine cū oibus scīs tuis. domnū apostolicū pō
tifices et abbates nrōs. et oēs congregaciones
illis commissas. et nos famulos tuos atq; locū
istū i omī scītate custodi. omnesq; affinitate
ac familiaritate nobis coniunctos. reges et pncipes
nrōs. et omnē ppl'm xpianū amicis purga
uiciis. uirtutibus illustra. pacē et salutē nobis tribue
hostes uisibiles et inuisibiles remoue. car
nalia desideria. atq; subitanea mortē repel
le. aerē salubrē indulge fruges terre concede. i
imicis nris verā caritatē largire. et omnibus
fidelibus uiuis et defunctis uitā et requiem eter
nā concede. p. Sc. Deus q singulari corpis
tui hostia totius mūdi soluisti delicta. hac
oblacione placatus maculas sceler nrōr
absterge et omnī xpianor fideliū uiuor atq;
mortuor pcta dimitte nobisq; pmia etna
Concede. p.

Orō gnal'

Sumpta quesumus domine celestia sacramenta omnia Co.
crimina nostra detergant: omnemque pravitatem
et infirmitatem et hosticam rabiem atque subitaneam
mortem: meritis omnium sanctorum a nobis procul repel
lant: et omnibus fidelibus vivis et defunctis prosint
ad veniam profectum tibi oblata salute. Per. De omnibus d'oīg stis / in aductu
Conscientias nostras quesumus domine Sanctis in adventu domini.
visitando purifica: ut veniens filius
tuus dominus noster cum omnibus sanctis paratam sibi in nobis
inveniat mansionem. Qui tecum. Sec. Precinge
quesumus domine deus noster divina tua virtute potenter.
ut veniente domino nostro ihesu christo filio tuo cum
omnibus sanctis digni inveniamur eterne vite convivio
et vota celestium dignitatum ab ipso percipere
mereamur. Per. Co. Exultemus quesumus domine deus noster
omnes recti corde in unitate fidei congregati. ut
veniente salvatore nostro filio tuo cum omnibus
sanctis immaculati occurramus illi eius sanctorum omni
A cunctis nos Oratio generalis de sanctis. tatu. Per
quesumus domine mentis et corporis defende periculis.
et intercedente beata et gloriosa semper virgine dei genitrice
maria. cum beatis apostolis tuis petro et paulo
atque beato marco et benedicto et omnibus sanctis tuis.
salutem nobis tribue benignus et pacem. ut de

structis adversitatibus et erroribus universis· ecclesia tua secura tibi serviat libertate· Per.

Exaudi nos deus salutaris noster· et per huius Se.
virtute sacramenti· a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis· gratiam tribuens in presenti et gloriam in futuro Per. Comp

Mundet et muniat nos quesumus domine divini sacramenti nos munus oblatum· et intercedente beata virgine dei genitrice maria· cum beatis apostolis tuis petro et paulo atque beato marco et benedicto cum omnibus sanctis tuis· a cunctis nos reddat perversitatibus expiatos· et adversitatibus expeditos Per. Contra persecutores ecclesie.

Ecclesie tue quesumus domine preces placatus admitte· ut destructis adversitatibus et erroribus universis· secura tibi serviat libertate Per. Se.

Protege nos domine quesumus tuis mysteriis servientes· ut divinis rebus inherentes· et corpore tibi famulemur et mente· Per. Comp

Quesumus domine deus noster· ut quos divina tribuis participatione gaudere· humanis non sinas subiacere periculis Per. Pro congregatione.

Defende quesumus omnipotens beata maria semper virgine intercedente domine deus istam ab omni adversitate congregationem et familiam· et tibi toto corde prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis per dominum Secreta

Suscipe qs clemens omnipotens deus nre oblacionem deuo
tionis. et per uirtutem huius sacramenti. tue maiestatis famu
los a cunctis protege aduersitatibus p d. **Compl.**
Sumptis redemptionis nre muneribus pntia qsumus
misericors deus. eorum nobis celebratione tue protectionis con
tra omnes aduersitates subsidium p. **De omnibus sanctis.**
Concede qsumus omnipotens deus. ut sancta
dei genitrix maria. sanctique tui apostoli mar
tires confessores virgines atque omnes sancti. quorum in ista
continentur ecclesia patrocinia nos ubique adiuuent. qua
tenus hic illorum pnti suffragio tranquilla pace in tua laude
letemur p d. **Secreta** Munera tue misericors deus
maiestati oblata benigno quesumus suscipe intuitu. ut e
orum precibus nobis fiant salutaria quorum sacratissime in hac
basilica reliquie sunt recondite p. **Complenda**
Diuina libantes mysteria qsumus dne. ut eorum
nos ubique intercessio protegat quorum hic sacra gaudemus
habere patrocinia p dnm